



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.**

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex  
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis  
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè  
explicantur.

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1647**

De Calendario. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9521**

3 Prohibet, ne in Vrbe imprimatur, nisi in Vaticano; extra Vrbem iuxta exemplar Vaticanum, & de licentia Inquisitorum, vel Ordinariorum impositis penitentiis spiritualibus, & pecuniatijs; aliterque in posterum impressa Breuiaria interdicit, ac prohibet.

4 Inquisitores, & Ordinarios penitentibus instruit, qua ratione approbare debeant impressa.

5 Tolerat in gratiam pauperum clericorum impressa Breuiaria ante eiusdem recognitionem, quoad usum, &c, ut vendi queant, indulget.

6 Publicationem Bullæ mandat cum solitis derogationibus, & clausulis.

7 Urbanus VIII. Pontifex Max. adhibitis alijs peririssimis viris (& me minimo inter eos, qui & adfui Clementinæ recognitioni) eadem se prosequutum esse afferit, que prædecessores incheuerant: significat deinde ea, quæ acta sunt in Breuiario nuperrimè recognito: Prohibet, instruit, tolerat, ut supra numeri 3. 4. §. edita Bulla initio Breuiarij posita.

8 Certè ad hanc usque diem Breuiarium non est editum tot numeris absolutum.

#### De Computo Ecclesiastico.

##### Cap. IV.

**A**gitur initio Breuiarij de Anno, & eius partibus, de Quatuor temporibus, de Nuptiarum tempore, de Cyclo decennouennali, de Epactis, de Nouiluniijs, de Indictione, de Festis mobilibus, additis Tabellis, perpetua, & tempora, antiqua, & noua reformatis, quantum satis esse videtur pro captu communiorum ingeniorum. plura qui desiderat, legat Guliel. Durandum in suo ratione. diu. offic. lib. 8. toto.

2 Ea sunt precipue notatae digna, quæ ad annum Bissextilem formandum spectant. nam singulis quaternis annis constituitur dies in Mense Februario, qui dicitur compositus ex 24. horis, nempe (sex cuiuslibet annorum quatuor. excipe quod pauci norunt) primum, secundum,

& tertium centesimum annum, qui occurunt intra spatum quadringentorum annorum, vt expressè habetur in Bulla Gregorij XIII. de Reformatione Calendarij edita anno 1582. quare, sicut annus proximè præteritus 1600. fuit Bissextilis, ita erit etiam Bissextilis annus 2000. qui verò sunt medij 1700. 1800. 1900. non erit Bissextiles, ne redeat annorum confusio.

3 De Quatuor temporibus agemus in proprio de Tempore.

4 Pascha celebrari debet in die Dominicæ qui proximè succedit decimæ quartæ Lunæ primi mensis, idest Martij, ita tamen, vt si decimaquarta Luna cedit in Dominicum diem, Pascha nostrum celebretur in sequenti Dominicæ die, ne conueniamus cum Hebreis.

5 Constituto Paschatis die facile discernuntur Festa mobilia, ita dicta, quia mouentur ad motum Paschatis, & sunt Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima, Quadragesima, quæ precedunt Paschatis Festum; Ascensio, Pentecostes, Festum Trinitatis, & Corporis Christi quæ sequuntur; de quibus egimus tomo primo, & infra agemus in Proprio de tempore.

6 Aduentus autem non habet primum diem certum, sed eum diem Dominicum; qui propinquior est Festo S. Andreæ, & loco citato explicauimus.

#### De Calendario. Cap. V.

**C**alendarium à Calendis dictum est, Calendæ verò primus dies Mensis est à natali, idest, voco; tunc enim Pontifex calato, hoc est, vocato populo, quot dies à Calendis ad Nonas superessent, pronunciabat, Plut. Candelaria quoque dicebantur Tabulae, ab obseruatione singulorum mensium, vt Diaria à singulorum dierum ratione. & nos in singulis mensibus obseruamus Festa Christi Domini nostri, & Sanctorum. Durand. lib. 8. cap. 4. explicat Calendas, quasi colendas; quia tunc erat semper Iunoni festus dies primus, ergo Calendatium, & Calenda-



Iendarium erunt ferè idem, à cultu Festo.  
rum dierum. Matriculam Sanctorum  
vocat Radulph. propos. 17.

2 De Festis in Calendario descriptis,  
quando, & quo ritu fuerint descripta, in  
Proprio de tempore, & in Proprio San-  
ctorum singillatim enarrabimus.

3 Ex prædictis autem Compto, &  
Calendario compositus ordinem Of-  
ficij diuini perpetuum, & quām brevi-  
sum, quem in calce huius operis, dan-  
te Deo, dabimus pleniorē, & emen-  
diatorem.

## SECTIO TERTIA.

### De Rubricis.

**A**GGREDIMVR nunc eam prouinciam, quæ propriè nostra est, expli-  
candi nimirum sacras Leges, & Rubricas Breuiarij: de quibus prius in  
genere, deinde in specie, ordine seruato eiusdem Breuiarij, erit agen-  
dum.

### SECTIONIS TERTIÆ CAP. XII.

- |   |   |
|---|---|
| 1 De Rubricis generalibus Horarum<br>Canonicarum. | 7 De Vigilia.   |
| 2 De Duplici Officio.                             | 8 De Octaua.  |
| 3 De Semiduplice.                                 | 9 De Concurrentia Officij.                                    |
| 4 De Simplexi.                                    | 10 De Occurrentia Officij, seu de Trans-<br>latione Festorum. |
| 5 De Dominica.                                    | 11 De Commemorationibus.                                      |
| 6 De Feria.                                       | 12 De Patrono loci, & Titulo Eccles.                          |

1 **D**E voce, *Rubrica*, alibi diximus,  
*Initio Comment. in Rubric. Mis-  
salis, tomo superiore pag. 1.*

2 *Vsurpata fuit eadem vox prius in  
Breuiario, quām in Missali, & reperitur  
in editione Veneta Breuiarij ante annum  
1550. sed Pius V. inscripsit omnes leges  
Breuiarij titulo Rubricarum Genera-  
lium, quod ante non fuerat factum.*

3 *Paucissimi tamen erant earum Titu-  
li, nempe vndecim tantum, in prima edi-  
tione iussu Pij V. hausti ē Directorio di-  
uini Officij, composito à Ludouico Ci-  
coniolano Regularis Observantie sub  
Paulo III, qui & Directorium approba-  
uit.*

4 *Rubricarū additio, detractio, muta-  
tio prohibentur in Bulla Pij V. in his  
enim est formula data precandi in Bre-  
uiario, quare, si notabiliter Officio diui-  
no iniuriam facis in Observantia Rubri-  
carum substanciali Officij, grauiter pec-  
cas; non ita in accidentarijs accedit Ru-  
bricis, puta si sedens recites, quæ flexis  
genibus iubentur dici, in oratione priua-  
ta. secus esse posset in publica, si absque  
causa fiat, aut cum aliorum offenditione.*

*Suar. tomo 2. de relig. lib. 4. cap. 27. num. 2.*

*& alijs apud Bonac. disp. 1. quest. 3. punc. 6.*

*num. 1. C. 2.*

5 *Divido nunc Rubricas in tres par-  
tes, quas prosequar in proximis, & di-  
stinctis Sectionibus. aliae spectant ad to-  
tum integrū Officium; quod est vel Du-  
plex, vel Semiduplex, vel Simplex, vel  
Dominicale, vel Feriale, vel de Vig. vel  
de Octaua, vel de Officio S. Mariæ in  
Sabb. vel pro Officio Commemor. ha-  
bet, vel concurrit cum alio, vel Occurrat,  
ita ut alterius accidat Translatio: de qui-  
bus*